

fuerit? Sane difficilior est haec quaestio priore, quia nobis incumbit, ut ante omnia demonstremus hos *tres CANDIDATORVM ordines* coram conuocatione LXXI. SENIORVM in *Synedrio magno* confedisse. Omnia Scripta DOCTORVM Iudaicorum si accuratissime perlustremus, at tamen nullibi inueniemus hos homines *Senatui magno* adscriptos fuisse, potius autem, quoties de illis sermo est, toties hos subfellia sua in *Synedriis minoribus* habuisse nos edocuit *codex SANHEDRIN* f) cum suis interpretibus BARTENORIO, et MAIMONIDE, g) qui fenten-

f) Cap. IV. §. 4. Edit. Trid. fol. 187. col. 1. ubi de tribus *Candidatorum* ordinibus sequentia memoriae prodita inuenimus: **וְשֶׁלַשׁ שׂוֹרוֹת שֶׁל**
הַלְמִידִי חֲבָמִים יֹשְׁבֵין לְפִנֵּיהֶן כֹּל אֶחָד וְאֶחָד מִכֵּיר
אֶחָת מִקְוָטוֹ הַיּוֹ צְרוּכִים לְסִטְרָה סֻמְכִין מִן הַרְאָשׁוֹנָה
וְאֶחָד מִן הַשְׁנִיָּה בָּא לְזֹה לְרִאשׁוֹנָה וְאֶחָד מִן
הַשְׁלִישִׁית בָּא לְזֹה לְשְׁנִיָּה וּבּוֹרְדוֹן לְהַזְן עֹור אֶחָד מִן
הַקְּחָל וּמוֹשִׁיבֵין אֲיוֹתוֹ בְּשִׁלְישִׁית וְלֹא הִיה יוֹשֵׁב בְּמִקְיָטָן
שֶׁל רָאשֵׁן אֶלָּא יוֹשֵׁב בְּמִקְוֹם הַרְאוֹי לְזֹה *Tres ordines discipulorum Sapientum, id est Candidatorum erant sedentes coram illis horum unusquisque suum seruabat locum. Si indigentes erant quandam promouere, promouebant unum e primo ordine, et unus ex ordine secundo succedebat ei in ordinem primum, et illum sequebatur unus e tertio ordine in alterum ordinem; denique tandem sibi adhuc unum eligebant e coetu populi, et illum collocabant in ordinem ultimum, et hic non in loco prioris, scilicet promoti Candidati, sed in loco sibi conueniente confidebat.*

g) Conferatur R. OBADIAS DE BARTENORA in libro supra citato, qui hunc ritum et morem, secundum quem *Candidati* locum suum occupare solebant tantum de Synedriis minoribus interpretatus est. Simul uero expositioni suae non ineptam rationem addit, quod nimirum solummodo hi tres *Candidatorum* ordines in Synedriis minoribus eum infinitem positi fuerint, vt, si quidam reus absoluendus aut condemnandus esset, Iudices autem dissentirent et maxima pars condemnaret, minima uero absolueret, unus ex illis eligi, et numero iudicantium adiungi posset,